

Ann. X.

ROMAE, Kal. Ianuarii MDCCCCVII.

Num. I.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;
ubique extra Italianam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKA RODZINNA"

VARSAVIAE POLONORUM
Rakowskie Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM
Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

LONDON W.
28. Orchard Street.

RATISBONAE in BAVARIA.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

Sociis et lectoribus Commentarii nostri humanissimis.
Gallici guberni furor in Catholicam Ecclesiam.

In latinae linguae docendae rationem novae animadversiones.

Litterariae adnotatiunculae.

Pasquinus.

Colloquia latina. - Lusus globorum missilium manu.

Madonnina.

Nataliciae memoriae.

Pastores Bethlehemita cunabulis Pueri Iesu pie advoluti.

B. Virgo ab Angelo salutata.

SS. D. N. Pii PP. X Jubilaenum Sacerdotale.

Acta Pontificia. - I. SS. D. N. Pii PP. X allocutio habita in Consistorio d. vi mens. Decembris MDCCCVI. - II. Decretum SSmo per S. Congregationem Episcoporum et Regulorum vulgatum, quo quaestionum elenco ratio praescribitur conficiendi tertio quoque anno relationem Institutorum vota simplicia profitentium.

Ephebi canentes.

Diarium Vaticanum. - Coram SSmo admissions. - Pontificiae electiones. - Vita functi viri clariores. - Varia.

Annales: Gallica facinora. - Mauritana seditio. - Russicae res. - Regalia itinera.

Publici per Orbem coetus legibus ferendis.

Per Orbeum.

Aenigmata.

In tertia operculi pagina:


ZENO - Tragoedia JOSEPHI SIMONIS Angli. (Passim retractavit hodiernisque scenis aptavit I. F.).

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCVII



T. ET G. FRATRUM PARISI
**Pontificia officina Candelarum ad Sacra
 Facularumque sine oleo ad noctem, decem horas ardentium.**

ROMAE in ITALIA, in Foro Campi Martii, 6

Peculiaris candelarum liturgicarum fabricatio ad S. Sacrificii celebrationem - Cerei Paschales
 - Lumen Christi - Cerei ad Officia Tenebrarum - Cerei ornamenti decori ad baptismata et
 Sacram Synaxim primum recipiendam - Filum cera madefactum ad candelas accendendas.

Merces ad omnes orbis portus nullo impendio iubentium, ne pro colligatione quidem, mittitur.

REQUIRANTUR CATALOGUS ET PRETIA

Officinae honores concessere Summi Pontifices PIUS IX, LEO XIII, PIUS X.

Commercium epistolare habetur Italica, Latina, Anglica, Gallica, Theutonica, Hispanica lingua.

Sociis et lectoribus officinam hanc Candelarum ad Sacra enixe commendamus,
 quae per orbem universum operis suae fructus iamiam disseminavit.

SUPELLEX AD RES DIVINAS

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, *via Alessandrina, 87*)
 mittantur, res praecise indicando, quas quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum
 aestimatio fiet.

SATURIO

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro
 Ioanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS
 paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Com-
 mentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO.



OVUM
 cimu
 fert
 res, qui, non
 nostrum const
 ipsae grates m
 monium, quo
 bonum ac felici

Quid pro v
 ut Vocem Urb
 eiusque propos
 quidem sentent
 rium, quod, una
 tot, ad nutum
 quot vobis vide



GALLICI G
 IN CATHO

Q UI Romani P
 fuerat, atque
 in Romanam Eccle
 manserat ut legati
 gentium iure sanc
 simul iussa accipe
 transmittenda, mil
 pinato est pulsus,
 lustratas et archivis
 ideo nefaria impiorum
 qui et vi et metu
 eiusque iura concule
 arbitrantur! Haec
 iis fuerit concepta,
 ille unanimisque to
 sensus atque cleri,
 statem iam toleratu
 dereliquerunt, et d
 et seminaria; quin i
 acti, ad divina ta

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra Italiam:
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR.
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

Sociis et lectoribus Commentarii nostri humanissimis.

NOVM operis nostri annum incipientes, quem de-
cimum inscribere gloriamur, ad grates agendas
fert animus humanissimus Vobis, o socii et lecto-
res, qui, non gratum ferme neque obstaculis expers, iter
nostrum constantia ac mira sollicitudine adiuvistis: sint
ipsae grates meritis dignae, sint candidi animi nostri testi-
monium, quo annum hunc M DCCCC VII faustum Vobis,
bonum ac felicem ominamur!

Quid pro vobis acturi simus iam patefecimus; restat
ut *Vocem Urbis* immutato favore Vos prosequamini, eam
eiusque proposita quam latissime vulgantes. Ad hoc, nostra
quidem sententia, optime stimulum suppeditabit *Kalenda-*
rium, quod, una cum hoc fasciculo editum, ad vos mittimus,
tot, ad nutum vestrum, eius exemplaria adiungere parati,
quot vobis videbuntur ad rem necessaria: gratuito enim ea

ad distribuendum mittemus, praeter - uti aequum apparet -
diribitorii impensas.

Aliud praeterea donum, Italis praesertim sociis, his
diebus comparavimus; subnotationem dicimus cum catho-
lico diario *Urbano Corriere d'Italia*, quod in dies maioris
momenti fit et quasi pars intima Italicae vitae, cui novi
dies profecto illucescent. Si quis igitur ad Aristidem Leonori
equitem (Romam — via Alessandrina, 87) miserit lib. 18,
per integrum annum M DCCCC VII *Vocem Urbis* com-
mentarium, diariumque *Corriere d'Italia* ad suum domicilium
in Italia regulariter habebit; qui libellas miserit 34,50, ubique
apud exteris gentes. Addentes his pretiis lib. 0,25 *Vox*
Urbis *Kalendarium* quoque accipient.

Valete!



GALLICI GUBERNII FUROR IN CATHOLICAM ECCLESIAM.

Qui Romani Pontificis legato a secretis
fuerat, atque, post indictum a Gallis
in Romanam Ecclesiam bellum, Lutetiae ideo
manserat ut legationis tabularia, communi-
gentium iure sancta, tueretur et Pontificia
simul iussa acciperet ad Gallicum clerum
transmittenda, militari manu sua domo in-
opinato est pulsus, postquam vidit aulas suas
lustratas et archiva fisco addicta. Huc usque
ideo nefaria impiorum adrogantia insolevit,
qui et vi et metu vincere Ecclesiam Dei
eiusque iura conculcare in perpetuum se posse
arbitrantur! Haec vero spes quam falso ab
iis fuerit concepta, iam arguit undique mirus
ille unanimisque totius catholici populi con-
sensus atque cleri, qui invicto animo et ege-
statem iam toleraturi videntur, et bona omnia
dereliquerunt, et domus, et curialia hospitia,
et seminaria; quin imo iam prope in exsilium
acti, ad divina tamen mysteria tractanda

spreto omni timore accedere nullibi dubitant.
Hisce gestis, hoc animo Gallicae veteris glo-
riae tantam inter impietatem fasta renovantur.



Et profecto, quum publicae rei administrari
illud tandem vidissent, suo imperio atque
monitis qui religiosi cultus sodalitates iniri
iubebant, neminem fere obtemperasse, quia id
Summus Ecclesiae Pastor praescripserat, al-
tarium cultum atque sacramentorum celebra-
tionem universaeque Christianae vitae modos
aliis iam editis legibus subegerunt de pu-
blicis celebrandis comitiis. Quamobrem ea
colligi non posse - nisi ex praesidum venia
ac nisi praemonitis magistratibus - voluerunt.

Sed ne ipsa sacri cultus celebratio, neve
divinorum sacrorum administratio rei publicae
arbitrio iis modis manciparetur, Pius PP. X
vetuit omnino. Itaque quum ubique Gallorum
catholici praesules ac sacerdotes firmo animo
sese sua ministeria celebraturos, idque nullius

hominis ex venia sponderint, ad vim pu-
blici praesides sibi putarunt configiendum.
Ne tamen inlata sacerdotibus vis aut violata
manu militari sancta templorum limina popu-
larium iram tamdiu vellicatam ad arma usque
compellerent, rem siverunt contra sua im-
peria fieri, et alio pro tempore conversi, Pon-
tifici legati domum ingressi sunt eumque
ex Galliae finibus extorrem miserunt, quasi
bellum in Romam inlaturi.



Inutile sane ac ridiculum facinus, quod
nec ullum in fideles Ecclesiae asseclas inferre
valebit metum, nec reipublicae fortunam, suea
iam impietatis ipsa mole laborantem, instau-
rare. Clament enim illi Romae subditos Gal-
los esse non oportere, clamant contra Ro-
mani Pontificis imperia quasi in alieni regis
adrogantiam, ac seiungere a Romana com-
munione Gallos volunt et in Petrum reddere
contumaces. Neque hoc satis: falsa enim in

ies species omnis est tum pietatis tum insti-
tiae. Qui profecto nihil cupiunt magis quam
ab Ecclesiae Catholicae sinu suos divellere
populos, et ad impietatem omnem vi deducere,
qua se forte putant hominum mentes
a futurae vitae metu esse soluturos. Verum-
tamen minaci hac protervia nullimode ter-
retur Ecclesia; non una enim haec fuit clades,
non unum gladium quo percussa est: quot
saecula vixit, tot persequentes et bella susti-
nuit, tot pariter retulit de acerrimis hostibus
triumphos, quorum nulla aetas memoriam
delebit.



Haec sane erant memoranda dum Clemenceau ille, qui Gallicae reipublicae administris praest, bellum sese minitatur in Ecclesiam esse laturum. Profecto, postquam militari manu sacerdotes e templis ille expellere iam contendit, et sacra vasa diripere, et templo profanare, quanam ratione concordes fidelium voluntates vincere se posse existimabit? – Ne-
fandus sane furor, qui viros, ceteroquin mente et doctrina praeclaros, in tantam rabiem compellit adversus Deum et contra Illum, quem Deus misit, Christum Iesum! – Nos vero, qui Christi promissiones recolimus, profitentis inferni portas numquam de Ecclesia sua vi-
ctoriam esse reportaturas, nihil timemus. Dum autem querimur ingentem sacri omnis ordinis atque rei iacturam igni et ferro paratam, miseremur magis magisque tantae virorum coecitatis, qui facinora insana quotidie audacius audent. Deum autem Optimum Maximum enixa verbis adpreciamur ut Gallicae fortunae medelas sinat aliquando esse, concordiam in animis fidelium constituat, eorum mentes illustret, manus in communi disserimine conserat, ut renovatis foedere summo viribus, tropaea Gallicae Ecclesiae vetusta felicissimo conatu iterum restituantur.

IN LATINA LINGUA DOCENDAE RATIONEM
NOVAE ANIMADVERSIONES.

*Victorio Pandulphio
gratiore quam discipuli animo.*

NON displicebit sane, immo vero gratum huius Commentarii lectoribus me facturum confido, si ad propositum revertens, de quo his paginis disputatur, brevi ac per transennam exposuerim, quid de ratione latinae linguae docendae, vertente saeculo XVIII, eruditus vir Rossetti senserit. Et eo magis iuvat sententiam rhetoris nudare, quod quaestio, quae his agitur diebus, id habet ponderis, ut in ea optima iuvenum institutio contineatur consuetudine; ex quo fit ut, quidquid huc spectat, suo lumine diluicidet et sua auctoritate confirmet.

Nihil enim tam utilius quam unanimaque rem posse aliena sententia fuliere ac defendere; nulla autem sententia tam solida et absoluta, quae alieno usu magis atque magis sanciri vel in controversiam vocari non possit.

Omni quoque tempore, recta latinae linguae discendae ratio bene sentientium animos arripiuit; sicut omni aetate, apud omnes gentes, non defuerunt qui, suo marte, in notitia ac regulis latini sermonis quodammodo pervulgandis versarentur. Cuius rei ardor intelligitur: latini enim sermonis pulchritudo ea est, ut quicunque primis labellis aliquid attigerit, gradatim desiderio pergendi studium incendatur atque in occultas interioresque verborum significaciones quasi in recessus subeundi. Ad hoc peropportune mihi videntur quadrare illa verba Gravinae, quae propenso animo refero, ut sciant et respiant hodierni nebulones: «mitto nunc latini sermonis leporem et veneres, mitto vocabulorum libertatem et significationum foecunditatem, mitto particularum quae quasi orationis fibrae sunt, multitudinem, nexusque facilitatem et gratiam, mitto verborum copiam, iamdiu ab antiquissimis scriptoribus ad usum artium et doctrinarum comparatam, mitto elegantiam, mitto maiestatem et in ipso verborum sono imperium consulare.....» (1).

Hinc necessitas rationis explanandae, quae tirones possent facile ac brevi latinam linguam discere; sed in ipsa methodorum varietate quot grammaticae declinabant de via! Non deerant grammaticae discipulis comparatae, immo etiam in dies affluebant, novisque anetae rationibus puerorum erant in manibus; sed in ipsis praeeptis tradendis quot praeeceptores deflectebant a calce, quum haec aut praeter modum tenuarent et quasi in cantilenam quamdam inconcinnam et fastidiosam verterent, aut nullo iudicio, omni deleetu atque disserimine sublato, producerent, commiserent, difficiliora reddenter quam quae intelligi possent.

Tempore, de quo loquimur, id est saeculo XVIII vertente, in quo sua opuscula Rossetti exaravit, praeclara rationum exempla non deerant de studiis latinis recte instituendis, quorum nonnulla sane cedro digna erant, suam propter perspicuitatem, lucidum ordinem, singularum partium distributionem aequam, consilium cui inserviebant sapiens, finem denique laudabilem, quem sibi proponebant: Thomas Crenius varias collegat rationes in libro qui inscribitur: *Aureae methodi studiorum recte instituendorum*, Vincentius Gravina, ingenium vere prodigiosum, quippe quod sua multiplicitis naturae vestigia quamplurima reliquisset, eamdem egit causam in *orat. I de instaurandis studiis*; Ioannes Lockius fusius dissenserit in opere: *Puerorum institutio*; I. Georgius Valchius in *Historia critica linguae latinae*, cuius potissima argumenta passim excepit Commentarius iste superioribus diebus evulgavit, optime, seite ac convenienter quaestionem pertractavit; I. denique Clericus, *Artem criticam* composuit, ex qua mire sua auctoritatis lux experientiaeque thesaurus emergit.

Sed contra hos scriptores alii erant qui, suis viribus et iis imbecillioribus valde freti, magno

(1) Cf. V. GRAVINA, opuscul. *De Lingua Latina*. Dialog. ad Emmanuelem Martinum.

eum discentium damno sua praeepta vendabant, quippe quae nimis essent legibus a maioribus comparatis aliena. Scilicet, impudenter plus minusve, insistebant, pone astra satellites palliduli, parvus Emmanuel, Porrettius et alii id genus, ludum litterarium exerceentes, qui contrarium et iam pridem Valla in suis *Elegantissimis* praescripserat, grammaticas regulas enucleabant. In hos igitur verborum libertate Rossetti incurrit, de his queritur nebulonibus eorumque doctrinae assetoribus, quod, inter tot et eas aureas studiorum recte instituendorum rationes, illarum nullam consuluerint atque etiamnum barbarorum sterquilino voluntentur et secum ipse miratur quid causae sit eur isti «pessumdatores» minime senserint sese tali modo «in ipsum naturale ius atque in rem publicam» maxime peccare.

Duo opuscula huic proposito is comparat, alterum, in quo, dialogi sub specie, de discendae latinæ linguae corrupta ratione loquitur, alterum autem in quo, variis rationibus iam persensis, quamdam firmorem investigat ipse et confert in medium, quo facilis pueri erudiantur atque oppido in hoc studio proficiant. Primi vero, cui res materiam dat, inter duos quos auctor loquentes introduceit Theodorum ac Theophrastum, iuvenes Neapoli quindecim vix annos natos bene ac scite latinum sermonem callere, quum alibi alii, grandisculi quidem, in magnam difficultatem delabantur, propterea quod nimis gravati sint tot exsuecis grammaticae praeeptis et nulla adhuc notio latinæ linguae eorum animo obversetur, iuvat tantum memoriam usurpavisse. Corrupta docendi ratio ea est causa qua, dum neapolitana iuventus in latinis studiis progressus facit, alibi contra lente procedat et perparum diseat. Verum placet hic, veritatis officio, dicere Rossettianum dialogum spirantibus verbis esse exaratum, eleganti stilo excussum, dignum ideo qui ex oblivione reveretur.

Hoc posito, ad alterum pergamus opuseulum, quod proprius vere hodiernam respicit quaestionem, cuiusque summam, aliquot considerationibus allatis, hic liceat ante oculos constituere.

Studium latinæ linguae in quatuor stadia dividit auctor, quorum unumquodque per vices in varias partes distribuitur; primum, scilicet, in quo probe addiscant pueri nominum verborumque παρθενίας et memoriae mandent latina vocabula, quae res domesticas et ioculares exprimant; deinde, ut probe paradigmata didicerunt, ad scriptorum lectionem ducantur, in qua gradatim assuescant partium orationis concordiam noscere, quum quae intricatoris syntaxeos offenduntur, praeeceptores extricent. Secundum, in quo statim praeepta grammaticae, quantum fieri potest, brevissima tradantur et vertere coeperint scribendo discipuli quaedam ex huius stadii scriptoribus in lingua vernacula, quum versio fungatur vice *cotis*, acutum reddere quae ferrum valeat. Tertium, in quo Caesari, Nepoti, Tulliique epistolis, ex aurea aetate sufficientur Sallustius, Liviana historia, Ovidius, Tibullus, Catullus et Properius, ex argentea Curtius Pliniusque. Hoc in stadio maximopere exerceantur iuvenes versione, quae fiat, latinam in vernaculam ver-

tendo et hanc ipsrum ducendo, ut stilum. Quartum sit invenibus latitudine, lumen in lectionem spectatores atque orationes, I. hoc autem stadii cepta, solidae obsignum grammaticae praeepta logica, versibus componentur.

Mirum est verum utilitatis sponsionum delectum Rossetti magni profecto quum delectus, saepe, veram linguam praebeat, ut opponit in suo dialogo, que

Hane studiorum quot tandem sequuntur scholia vel appendices praeeceptores monitum tradant, quod principie vixerint cum tum in verbis monstrant, a quibus res abhorreant, quid a vernacula

Haec sensit Rosssetti breviterque dicens, nemo est qui videt, perspicacitatis, perientiae insit.

Capita eius docentur congruent cum rhetoribus latinis sentientibus. Ut enim, ad illius prudenti iudicio operibus diligendis, certus hic discipulus admoneat et verae legendi sit, ita illi adstipulatus, Valchius et alii quos nostris diebus dem Chave, qui eu integratatem perstrinxerit. Praeter ea, scit fere divisio et praeeceptis tradendis rationum exercitationem qui multiplie latibea, inter omnes

Memini, in hoc Chaviano axiomati, tiones potius quam tradant praeeceptores obstitisse. Nec iniuste ut pueri nominata addiscant, latinis voenlas – res domesticas faciem conspieant. In nostra aetate in exercitacib. adhibitant et instituendae praeeceptis

(Ad proximum numerum)

1) Cf. Vox Urbis, an.

praecpta vendissent legibus a
Scilicet, impunis, pone astra sa-
manuel, Porrettius
cium exerceentes,
em Valla in suis
grammaticas regulas
verborum libertate
eritur nebulonibus
ribus, quod, inter
recte instituen-
tam consuluerint
sterquilino vo-
atur quid causae
minime senserint
turale ius atque
secare.

modo. Quod ut mage perspicuum sit, explico. Vox - *Ab*, Chaldaice - *Abba* -, ex litera B, quae et apud nos et apud Graecos promisene B et V latinum sonat, eadem est ac - *Av* -; itaque et *Avus* et *Ava*; idque vim praecipuum exerit suam in - *Abavo* - hoc est in - *patre avi*. - At quot per casus et vices versatur nomen semel emissum? Quot experitur prodigalia connubia, ex quibus totidem Minotaui veniunt, ut ait Poeta, *in luminis auras?*



COLLOQUIA LATINA

Lucus globorum missilium manu⁽¹⁾.

ANDREAS. — Quid usque haeres in librī, Carole?

CAROLUS. — Quid potius agerem?

A. — Caelum invitat ad deambulandum; age, fruamur tempore.

C. — Placet; at tetricum est nos solos excurrere.

A. — Iam excurrēre turmatim condiscipuli in campos: nos poscimur.

C. — Quod lucus genus trahant in campis patentibus?

A. — Alii pila certant; alii harpasto; quidam contendunt cursu; quidam sagittis metuunt erectam in perticā; alios trahunt lusus alii.

C. — Parum me exercui istiusmodi ludis...

A. — Sunt in campis longa spatia et aequissima: mittamus globos ad statutum terminum.

C. — In hoc certamine te mirum novi artificem.

A. — Non diffiteor: plusculum me globis missilibus exerceui; at tu validiore es brachio.

C. — Ut tu es, tentabo aleam; properemus.

A. — Haec est aequissima campi planities, et utrinque in seriem consitae quereus aestum solis temperant.

C. — Hie ego fodiam serobiculum.

A. — Praestat defigere in terram stipitem; hunc qui minimo iactuum numero prior sua sphaera tetigerit, potietur victoria.

C. — Bene est. Ineipio.

A. — Imo sortiamur.

C. — Nihil interest uter praeeedat.

A. — Ego subsequar: tu iace.

C. — Piores tibi defero.

A. — Admitto; observa. Bonum auspicium! Iactus mihi primus bene longinquus est.

C. — Meus longinquus quidem; sed non recta misi ad stipitem. Iam damnum resarciam: iterabo.

(1) Ex dialogorum libro ANTONII VAN TORRE S. I. Antuerpiæ ed. an. MDCLVII. — Passim retractavit I. F.

- A. — Heus! proeurris plus aequo: consistendum est in sphaerae vestigio.
 C. — Sane vix altero ego iactu pertingam, quo tu primo, adeo me longe praevertis. Opus est viribus; exseram totas quibus valeo. Quid tibi videtur de hoc iactu?
 A. — Est profecto ingens.
 C. — Iam singuli alterum iactum numeramus. Tu tertium prior iace; nam meus est globus propior ad terminum.
 A. — Hoc si iactu tetigero, victor sum: eo collineabo

- C. — Hac spe, utque tibi satisfaciam, dum licet per lucem, usque prosequar. Alterum ergo instituamus lusum de integro.

NATALICIAE MEMORIAE.

VOCANT pastores angeli canentes: « Gloria in excelsis Deo »; fideles sacra aera invitant: « Christus natus est, venite adoremus »; reges vocant micantes stellae in caelis gloriam Domini narrantes...

Pastorum feriae sacra quasi Palilia Christianis his diebus illucescunt. Eos quatuor ad praesepe Domini fuisse vetusta docet traditio ac nomina servat Michael, Achael, Cyriacum atque Stephanum. Horum immo exuvias ab Helena Sancta imperatricē apud Eder turrim esse repertas memoriae proditum est, easque Ledesmam, in Hispania, postea deductas miris modis a Christifidelibus exultas fuisse; quae deinde religio et apud Siculos et apud Gallos plurimum invalidit. Neapoli vero et per inferiorem Italiam, uti abhinc non multos annos Romam usque, passim nataliciis diebus peragrant pastores Sammites, qui gracili sua silvestri avena tum Illibatae Deiparae tum Pueri Iesu novenaria celebrant.

Ipsi autem qua primum aetate Romam descenderint, incertum est; id unum scimus, natalicium novenarium in aede Deiparae supra Minervam dicata auctore P. Iacobo Cotta ex ordine Praedicatorum fuisse celebratum.

Sed in Insulib[us] atque in Aquitanis rogi cuiusdam familiaris comburendi est consuetudo, dum arvalia laetissima auspicia circa flamas concinuntur. Medio quod dicimus aeo Natalicia solemnitas

propositis in scaenam sacris Mysteriis — prouti tune vocabant — celebribatur. Post quae dona offerebantur, quae hodie in natalicio stipite et Galli, et Germani et Angli suas quisque per domos pueris suspendunt. Apud Siculos denique « natalicia anus » haec dona pueris largitur; quum contra apud Romanos anus eadem die Tribus Regibus sacra ventitare ad puerulos fingitur.

Suetiorum gentibus suavissimus mos recolitur frumentum circa domus dispergendi, quo famelicæ aves, qui dinturnam per hiemem nulla sunt esca satiati, nonnullis granulis sacra die saturentur.

Sed mysteriorum, quae diximus, memoria ubique terrarum exstat adhuc in sacra illa quae, per domus aut tempora, seaena paratur signis fictilibus aut ligneis distincta, ubi Christi Nativitas repraesentatur.

Celeberrima huius Urbana turri extrabat cives horridum gnaculum Infanti etum. Recens autem effinxit longe melior et loca non nostri ritu ad unguem re autem Sodalium tempracipio, aliud tantulum, quia Francis in Graecii sylva Infante nocte in stabulo iunctu que evangelia ipse

Dies Ist mens. Ianuarii constituit, Christum regnante ideoque faustis omnibus turritur. Neque secus ea diut ut novi anni initium Caesaris nummū, quod NOVUM ANNUM FAUSTI CIPPI. Tunc saturnalia donis ad tempora allat in memoriam multa riantur.

Mox tertia occurrit sacra lux, quae et Tunc nomine gaudet. Regmina fuerint satis est compertum. Eorum et litibus erubesciatis deducta, Germani invadent Coloniae Agrippinae templo condidere. Gas Balthasar quasi reges Domini adiunguntur, tantes et multa suorum offerentes aurum, thum templo S. Andreae de in S. Sylvester Papam sentandis scaena parat Pallotti inducta, quae tholicae Ecclesiae ritus

Hisce sacris dum Icarne memoriam recepta ne obliscamu ac diligentius servente et animo magis

Pastores Icunabulis Pueri

Nascitur Iesus, et in Bethlehae muros Pueri cogitur Mater gelido

Quem tamen dites res incolae verbis, inope rure Pastores, pia fe



Madonnina a RUPERTO FERRUZZI depicta.
(Ex tabulis, quae Vox Urbis commentarii Kalendarium exornant).

- C. — Adhibe sane omnem industriam: sudabis satis, ut vel circa stipitem volvas: tantum distas.
 A. — Hem noster vehemens! aegre pervenit ad medium.
 C. — Quid mirum? in medio cursu globum impigi in lapidem, quem te obiecisse putem, ut globus offendere.
 A. — Scilicet. Nunc et ego tertium iaciam; adverte. Euge! vietus es: tertio iactu stipitem attigi, quem tu nondum etiam quarto!
 C. — Placetne a ludo desistere? Nam vespera appetit, et prorsus anhelo.
 A. — Quomodo? nunc primum ludus allubescit.
 C. — Tibi victori crediderim; mihi victo non item.
 A. — Quid metuis? Habet et fortuna regressum.

atisfaciam, dum licet
quar. Alterum ergo
integro.

MEMORIAE.

li canentes: « Gloria
deles sacra aera in-
t, venite adoremus »;
llae in caelis gloriam

rum feriae sacra quasi
Christianis his diebus
nt. Eos quatuor ad
e Domini fuisse vetu-
t traditio ac nomina
ichael, Achael, Cyria-
ne Stephanum. Horum
uvias ab Helena San-
peratrice apud Eder
sse repertas memoriae
n est, easque Ledes-
Hispania, postea de-
moris modis a Christi-
exultas fuisse; quae
eligio et apud Siculos
Gallos plurimum in-
Seapoli vero et per in-
Italiam, uti abhinc
ltos annos Romam
assim nataliciis die-
grant pastores Sam-
i gracili sua silve-
avena tum Illibatae
eum Pueri Iesu no-
celebrant.

item qua primum ae-
am descenderint, in-
st; id unum scimus,
m novenarium in ae-
rae supra Minervam
etore P. Iacobo Cotta
e Praedicatorum fuis-
ratum.

Insubribus atque in
s rogi eiusdam fa-
comburendi est con-
dum arvalia lactis-
spicia circa flamas
tur. Medio quod dici-
Natalicia solemnitas
is Mysteriis – prouti-
tur. Post quae dona
n natalicio stipite et
suas quisque per do-
pud Siculos denique
ona pueris largitur;
s anus eadem die Tri-
ad puerulos fingitur.
vissimus mos recoli-
us dispergendi, quo
am per hiemem nulla
s granulis sacra die

diximus, memoria
adhuc in sacra illa-
ola, scaena paratur
distincta, ubi Christi

Celeberrima huiusmodi olim in Anguillara
Urbana turri exstrebatur, ubi inscriptio mone-
bat cives horridum quandam hortibus propug-
naculum Infanti Deo incunabulum esse fa-
ctum. Recens autem Surdius artifex novam alibi
effinxit longe meliorem, quippe quae et pastores
et loca non nostri modis vestiverit, sed orientali
ritu ad unguem reddiderit. In Franciscalium
autem Sodalium templo, Capitolino in colle iure
praecepit, aliud tanti mysterii prostat specta-
culum, quia Franciscus pater, omnium primus,
in Graecia sylva Infantis Iesu memoriam saera
nocte in stabulo iumentorum celebravit, sacra-
que evangelia ipse concinuit.



Dies I^a mens. Ianuarii, quae novi caput anni
constituit, Christum recolit Templo circumcisum
ideoque faustis omnibus iure dupli celebra-
tur. Neque secus ea dies erat apud veteres sacra,
ut novi anni initium: testatur hoc Antonini Pii
Caesaris nummus, qui haec fert verba: S. P. Q. R.
NOVUM ANNUM FAUSTUM FELICEM OPTIMO PRIN-
CIPI. Tunc saturnalia habebantur, dulciariis
donis ad tempa allatis insignia, quorum quasi
in memoriam multae et hodie cupediae pa-
rantur.



Mox tertia occurrit per Natalicium tempus
sacra lux, quae et Theophania vel Epiphania
nomine gaudet. Regum Sanctorum quae no-
mina fuerint satis est cuique veteri traditione
compertum. Eorum corpora a Longobardis mi-
litibus crucis signatis Meliolanum, uti fertur,
dedueta, Germani invasores diripuerunt atque
Coloniae Agrippinae ditissimo in cathedrali
templo condidere. Gaspar itaque, Melchior ac
Balthasar quasi reges a puerulis ad praesepe
Domini adiunguntur, camelis et equis obequi-
tantes et multa snorum turba venientes et
offerentes aurum, thus et myrrham. Romae in
templo S. Andreae de Valle (hodie vero interim
in S. Sylvestri Papae) praecipua iis repre-
sentandis scaena paratur a V. S. D. Vincentio
Pallotti inducta, qua coram quotidie variis Catholicae Ecclesiae ritibus sollemnia habentur.



Hisce sacris dum Redemptoris nascentis in
carne memoriam recolimus, eius tamen prae-
cepta ne obliviscamur, imo in dies studiosius
ac diligentius servemus, eiusque amorem et
mente et animo magisque foveamus.



*Pastores Bethlehemitae
cunabulis Pueri Iesu pie advoluti*

Nascitur Iesus, et inhospitales
Bethlehæ muros Puer experitur;
cogitum Mater gelido sub antro
edere Prolem.

Quem tamen dites repulere duris
incolae verbis, inopes salutant
rure Pastores, pia ferre secum
munera laeti.

*Scirpeas cunas dat Aser, Manasses
vellus agnatum, tumidumque plumis
Martha cervical; Sara calcitellam
linaque donat.*

*Gloriam Regis superam, bonamque
concinunt pacem, Styge quae subacta
regnat in terris, oriente pacis
princeps, Iesu.*



B. Virgo ab Angelo salutata (GUIDO RENIUS pinxit).
(Ex tabulis, quae Vox Urbis commentarii Kalendarium exornant).

*Advehit Ruben, focus ut calescat,
ligna Iosepho; duodena Matri
ova fert Esther; Lia mel ministrat,
Eraque poma.*

*Porrigit panes Simeon recentes,
Anna lac pressum fluidumque; fasce
Issachar (1) feni, gerulum Mariae,
pascit asellum.*

*Mox et auditum melos Angelorum
rusticus tentat chorus aemulari;
fistulas promunt, resonoque mulcent
aera cantu.*

(1) Issachar, asinus fortis. (Gen. XLIX, 14).

*Suave dum carmen modulantur, Infans,
lene subridens, roseis labellis
Ha! sonat festum, tenerisque gaudet
plaudere palmis.*

*Palmulas certat chorus osculari;
tum fluant dulces lacrimae, simulque
voce concordi novus hic Puello
funditur hymnus:*

*« O Deum cunis equisse visum!
Nosque felices! quibus haec renidet
blanda maiestas, veterum nec uni
prodita patrum. »*

» Ergone his fas est oculis tueri,
quem sacri vates, Hominem Deumque,
tamdiu vanis cupiere votis
cernere coram?

» Quas Deo grates referemus, aucti
copia tanta, miseri, bonorum?
Ah! Deus, quidquid sumus et valemus,
munus habeto.

» Dixi Rex, unus dominare nobis;
namque te regem colimus patremque;
omne tu nostrum decus, atque mentis
una cupidio.

» Serviat tellus tibi cuncta, cui tu
natus es, priscum scelus ut piares;
lingua te quaeris celebret, voluntas
ardeat omnis». —

Quis mihi vestros, ovium Magistri,
afflet in Iesum pietatis ignes?
Flammeus per te, Puer alme, reddar;
flammeus in te!

FRANC. X. REUSS.

SS. D. N. PII PP. X IUBILAEUM SACERDOTALE.

PROPERAT iam annus quinquagesimus, ex quo Catholicorum Sacerdos nunc maximus primus sacra fecit; iamque per Christiadum totum Orbem sanctum est certamen, quo solemnius faustum illud tempus digne meritoque celebretur. Italica Societas a Catholica Italorum Iuventute, annuente SSmo, iuvenes omnium nationum ad se provocaverat; reliquosque fideles ad fidei sua studiosaeque dilectionis novum testimonium adhortatus erat Ioannes ille Aquaderni, Comes Bononiensis, unde maxime sollemnia debita sunt, quibus Leonis XIII iubilaea tum a Sacerdotio tum ab Episcopatu inito per insignia quidem evasere.

Sed tamen clarissimi viri senectus brevi effecit ut impar ille tanto oneri facile se sentiret; a munere igitur abdicavit idque totum Consilio maximo praefatae Societatis reliquit, quod ita festivarum significationum omnium centrum nunc habetur, Purpurato Patre Aloisio Oreglia a S. Stephano, Saeri Senatus Decano, rem probante atque adiuvante, litteris ad omnes catholici orbis episcopos missis, quas honori deinceps in nostras paginas referre:

Illustrissime ac Reverendissime Domine,

Qui Societas a Catholica Italorum iuventute multos iam annos commissam tutelam gerimus, facere non potuimus quin susceptum ab ipsa Societate consilium sollemnia celebrandi ob adventantem annum quinquagesimum ab inito SS. D. N. Pii PP. X sacerdotio non modo confirmaremus, sed ea ultra foveremus, quae, totius orbis catholici conspiratione, rem ad favorablem exitum facilius perducere.

Itaque Te, illustrissime ac reverendissime Domine, cuius sollicitudinem apprime novimus, enixe rogamus ut inceptui omni ope faveas, quo fidei et obsequi testimonium in Christi Vicarium evadat splendidissimum, animusque Pontificis tot filiorum perduellum vitae ratione tantopere afflictus solamen aliquod ac levamentum accipiat.

Quae dum e sententia eventura confidimus, gratum est nostrae observantiae sensus Tibi profiteri.

Romae, prid. Id. Novembr. MDCCCCVI.

Addictissimus

AL. CARD. OREGGLIA A S. STEPHANO.

Praeparationem faustissimi eventus *Vox Urbis* etiam laeto animo ac lubentissime ex parte sua prosequetur. Ad proximum numerum sollemnium proposita delegantes, hodie nobis satis sit adnotare Consilium magni operis Centrale Romae esse in aedibus Marchionis Spinola (*Aero della Ciambella* 19, p. p.) idque egregii viris qui sequuntur esse constitutum: Paulus Pericoli, Adv., Eques torquatus, Praeses; Aloisius Barberini, Princeps Urbanus; Iosephus M. Crostarosa; Marius Augustus Martini, Dr., Alteri a Praeside; Atilius M. Ambrosini, Eques torquatus, *Pecuniae custos*; Adrianus Aloisi Masella, Comes, Adv.; Iosephus Del Chiaro, Eques; Petrus Floridi, Eques, *A Secretis*; Iosephus Amici, Adv.; Paulus Croci, Eques; Iosephus Fornari, Dr.; Iosephus Grazioli; Pius Pagliucchi, Dr., *A Consiliis*.

ACTA PONTIFICIA

I.

SS. D. N. Pii PP. X allocutio habita in Consistorio d. VI mens. Decembris MDCCCCVI.

Venerabiles Fratres,

Nobis cum animo reputantibus quid hodie potius cum amplissimo coetu vestro communicaremus, nihil occurrit, quod sollicitos magis habeat, nisi ea acerbior in dies rerum atque hominum calamitosa procella, qua catholicum nomen miserime affligitur. Evidem hoc maxime tempore Ecclesia sancta naviculae illi est verissime comparanda, quae in medio mari operiebatur fluctibus. Attamen minime mutat fides Nostra; quin imo firmissime persuasum est, nunc quoque nobis adesse Christum, qui maturo opitulandi momento, surgens imperet ventis et mari, atque optata fiat tranquillitas magna. Interea, Venerabiles Fratres, tametsi magnis premimur aerumnis, solatium non deest Nobis, grande illud quidem planeque mirandum, quodque vel ipsi stupent catholicarum partium osores. Concordiam inquinus singularem, qua universus coalescit Episcoporum ordo, atque Nobis est coniunctissimus. Una enim omnium est conspiratio, unus consensus cum Pastore summo, Christi in terris Vicario; ut nemo sit illorum, qui insigne illud Augustini verbum iterare non gaudeat: Roma loquuta est, caussa finita est. Sieubi vero turbulentis inimicorum ausibus sacerorum Antistites aerius vexantur; eo

ceterorum Episcoporum videmus oculos animos que converti addereque fratres fratibus solatia afflitis, ut scilicet malis ne cedant, sed stent fortiores tortoribus. — Pater sancte, qui illos posuisti regere Ecclesiam tuam, custodi in aeternum hanc voluntatem cordis eorum!

Utinam porro ad praecellarissimum hoc Episcoporum suorum exemplum catholicius etiam populus componatur ubique! Id utique toto Nos pectore exoptamus, id toto nisu hortamur, ut fideles suis omnino consentiant pastoribus, nihilque antiquius habeant, quam illorum nutu duei suasque moveri. Postulat hoc quidem christiani nominis officium; sed postulat modo impensis religionis bonum; ut videlicet, ubi christiana rei oppugnatio iam premit constanti fortitudine superetur; ubi vero parantur religioni infesta, catholici, partium studiis animorumque dissensionibus generose depositis, quidquid leges sinunt nec christiana conscientia prohibet, id totum audeant ut ea feliciter avertantur.

Haec ad commune solatium atque ad animos excitandos visum est significare; nunc vero officium exigit. Venerabiles Fratres, ut nonnullarum viduitati ecclesiarum, imprimisque inclitae Sedi Patriarchali Hierosolymitanae latinae, quae per obitum Ven. Fratris Ludovici Piavi vacat, provideamus. Ad quam, re mature perpensa, Ven. Fratrem Philippum Camassei Archiepiscopum Naxiensem destinare placuit. — Quae huius Antistitis in Apostolicam Sedem sit voluntas, quae sint multarum ornamenta virtutum fusius prosequi non opus est. Curiae Vicarii Pontificis Maximi in Urbe primum navavit operam, matrimonii fideli rite ordinandis praefectus. Tum vero, per annos quindecim, Collegio Urbaniano Rector comlaude praefuit, inter Pontificiae Domus Antistites merito cooptatus. Illum demum, ante annos duos, Archiepiscopatu Naxiensi Nos ipsi auximus. In quo administrando quoniam egregie se probavit; de eo ad latinum Hierosolymitanum Patriarchatum evenendo cogitavimus. Quare auctoritate Omnipotentis Dei, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et nostra, electionem facimus de persona praedicti Philippi Camassei, quem absolvimus a vinculo quo tenebatur Ecclesiae Naxiensi, ac transferimus ad Patriarchalem Ecclesiam latinam Hierosolymitanam, praeficientes eum Patriarcham et Pastorem eidem Patriarchali Ecclesiae latinorum, prout in decreto et schedula consistorialibus exprimetur; contrariis quibuscumque non obstantibus. In nomine Patris et Filii — et Spiritus Sancti. Amen.

II.

Decretum SSmi. per S. Congregationem Episcoporum et Regularium vulgatum, quo quaestionum elencho ratio praescribitur conficiendi tertio quoque anno relationem Institutorum vota simplicia profitentium (1).

III. DE DISCIPLINA.

a) De vita religiosa.

63. Num in unaquaque domo exercitia spiritualia pro singulis diebus, mensibus, annis vel aliis temporibus statuta accurate peragantur.

(1) Cfr. num. sup.

64. Num omnes sodales assistant.

65. Utrum omnes sodales possint, et an negotiis domesticis ab aliis muntur, saltem concedantur peragendi.

66. Num observetur a) quantum ad conscientiam gendarum, b) quoad sacram pariter servetur decreta communionem eucharisticam statim temporibus legitur.

67. Num in Institutis Scnio confessarius ordinarii etoritate confirmetur.

68. Num praescriptione vanda in parte domus Reuelator deliter observentur.

69. Num Religiosis frequentiorum adire et an Observantur.

70. Num Religiosi semper a Superioribus serventur.

71. Num, qua ratione et habeantur institutiones exhortationes ad conversio nec non ad famulos seu

72. Num scripta circa p. etc., etiam ad usum Institutum tur absque Episcopi licentia

73. Num et quibus libri recentioribus, etiam manu ratorum Instituti licentia e

b) De observantia quod legum.

74. Num omnia circumspecta diligenter a) quoad litteras convocationem delegatorum; c) quoad tatorum et secretarii; d) quoad moderatoris generalis; e) quoad lioriorum, Oeconomi et Sc

75. Num omnino liberum teras, quae ab inspectione ptas sunt, sive scribere s

76. Num lex de mutatione statutum tempus fideliter quot dispensaciones et a qu petratae fuerint.

77. Num Moderator Generalis Provinciales praescriptam peregerint.

78. Num Moderator Generalis Provinciales, sive locales, siliarios suos convocent, iatiis sive Instituti sive Pro

79. Num in deliberatione siliaris servata fuerit.

80. Num in Consilio Generali iuxta normas praescriptas

81. Utrum omnibus sociis quead victimum et vestimenta decet caritate paterna super qui haec sibi ab extraneis

82. An alicubi sodales ita ut nimis graventur ladiinis discrimine.

83. Num provideatur ne quibus iuxta propriam cuius atque ut in corporalibus tibus qua par est caritate

(Ad proximum numerum)

videmus oculos animos
que fratres fratribus so-
uet malis ne cedant, sed
us. — Pater sancte, qui
Ecclesiam tuam, custodi
intatem cordis eorum!
raeclarissimum hoc Epi-
plum catholicus etiam
ubique! Id utique toto
s, id toto nisu hortamur,
consentiant pastoribus,
eant, quam illorum nutu
i. Postulat hoc quidem
ium; sed postulat modo
nun; ut videlicet, ubi
ratio iam premit constanti
ubi vero parantur reli-
partium studiis animo-
generose depositis, quid-
christiana conscientia
ant ut ea feliciter aver-

latum atque ad animos
gnificare; nunc vero of-
les Fratres, ut nonnullarum, imprimisque in
Hierosolymitanae lati-
Ven. Fratris Ludovici
us. Ad quam, re mature
Philippum Camassei
sem destinare placuit. —
Apostolicam Sedem sit
lattarum ornamenta vir-
ion opus est. Curiae Vi-
in Urbe primum navavit
elium rite ordinandis
r annos quindecim, Col-
om laude praefuit, inter
tates merito cooptatus.
duos, Archiepiscopatu
mus. In quo admini-
se probavit; de eo ad
im Patriarchatum eve-
re auctoritate Omnipo-
Apostolorum Petri et
em facimus de persona
sse, quem absolvimus
r Ecclesiae Naxiensi,
rehalem Ecclesiam la-
praeficientes eum Pa-
dem Patriarchali Ec-
in decreto et schedula
ur; contrariis quibus-
. In nomine Patris —
eti. Amen.

Congregationem Epi-
rium vulgatum, quo
o ratio prescribitur
noque anno relatio-
ota simplicia profi-

PLINA.

mo exercitia spiritualia
us, annis vel aliis tem-
aguntur.

64. Num omnes sodales quotidie missae sacrificio
assistant.

65. Utrum omnes sodales exercitis communibus
interesse possint, et an illis, qui quandoque pro ne-
gotiis domesticis ab aliquo exercitio communi exi-
muntur, saltem concedatur tempus privatum illud
peragendi.

66. Num observetur Decretum *Quemadmodum*
*a) quantum ad conscientiae manifestationem non exi-
gendarum, b) quoad sacramentalem confessionem; num
pariter servetur decretum *Sacra Tridentina* circa
communionem eucharisticam; et an utrumque Decre-
tum statim temporibus lingua vernacula in communi
legatur.*

67. Num in Institutis Sororum ubique quovis trien-
nio confessarius ordinarius mutetur, vel debita au-
toritate confirmetur.

68. Num praescriptiones de clausura ser-
vanda in parte domus Religiosis reservata fi-
deliter observentur.

69. Num Religiosis frequenter permittatur
locutorium adire et an Constitutiones in hac
re serventur.

70. Num Religiosis e domo egredientibus
semper a Superioribus socius addatur.

71. Num, qua ratione et quibus temporibus
habeantur institutiones catechisticae et piae
exhortationes ad conversos aliosque alumnos
nec non ad famulos seu convictores.

72. Num scripta circa pietatem, religionem,
etc., etiam ad usum Instituti tantum, typis edan-
tur absque Episcopi licentia.

73. Num et quibus libris, sive antiquis sive
recentioribus, etiam manu scriptis, sola moder-
atorum Instituti licentia editis sodales utantur.

*b) De observantia quarumdam specialium
legum.*

74. Num omnia circa Capitulum Gene-
rale praescripta diligenter observata fuerint:
*a) quoad litteras convocatorias; b) quoad elec-
tionem delegatorum; c) quoad electionem seru-
tatorum et secretarii; d) quoad electionem Mo-
deratoris generalis; e) quoad electionem Consili-
ariorum, Oeconomi et Secretarii generalium.*

75. Num omnino liberum fuerit sodalibus litteras,
quaes ab inspectione Superiorum exem-
ptae sunt, sive scribere sive recipere.

76. Num lex de mutandis Superioribus post
statutum tempus fideliter observetur. Num,
quot dispensationes et a quo super hac lege im-
petratae fuerint.

77. Num Moderator Generalis et Superiores
Provinciales praescriptam domorum visitationem rite
peregerint.

78. Num Moderator Generalis et Superiores sive
Provinciales, sive locales, praefinitis temporibus con-
siliarios suos convocent, ut cum eis agant de nego-
tiis sive Instituti sive Provinciae sive domus.

79. Num in deliberationibus debita libertas con-
siliarii servata fuerit.

80. Num in Consilio Generali electiones libere et
iuxta normas praescriptas factae fuerint.

81. Utrum omnibus sodalibus necessaria, praeci-
pue quoad victimum et vestitum, a Superioribus ea qua
debet caritate paterna suppeditentur, et an forte sint
qui haec sibi ab extraneis procurent.

82. An alicubi sodales sint numero insufficientes
ita ut nimis graventur laboribus cum gravi valetu-
dimis discriminare.

83. Num provideatur ne quid desit infirmis ex iis,
quibus iuxta propriam cuiusque conditionem indigent,
atque ut in corporalibus et spiritualibus necessita-
tibus qua par est caritate subleventur.

(Ad proximum numerum).

DIARIUM VATICANUM.

(Die xxii mens. Nov. — d. xx mens. Dec. M DCCC VI).

Coram SSmo. admissiones.

Praeter Purpuratos Patres, Urbanos Antistites
aliasque viros, qui sui cuiusque munieris gratia Pon-
tificem de more adiverunt, peculiari nota digni sunt
iuxta admissionis diem: Moreno doctor, negotiorum
gestor Argentinæ civitatis; Georgius I, Graecorum
rex eiusque filia Maria; Venantius Donaux, Superior
Generalis fratrum a Misericordia; Carolus Magalhaes
De Azeredo, a Secretis Brasiliensis legationis, cum
manu suorum civium SSmo offerentium numisma au-
reum magnum librunque subscriptiones continentem
episcoporum omnium Brasiliensium ad grates Ponti-
fici agendas, quod Rivi Ianuarii archiepiscopum in

praepositus generalis Carmelitarum excalceatorum,
episcopus Balneoregien. deputantur.

In locum Iosephi Lapponi vita functi, archiater
pontificius eligitur Iosephus Petacci; a consiliis autem
Hector Marchiafava.

Saceris largitionibus praeficitur exercitus vir Au-
gustus Sili, rector Urbani hospiti vulgo «Conver-
tendorum»; isque archiepiscopus Caesarien. promov-
etur.


Vita functi viri clariores.

Die vii mens. Decembbris, Romae, Iosephus Lap-
poni, Pontificius archiater ab an. M DCCC LXXXVIII,
Tolentini natus an. M DCCCL.

d. xiv, Romae pariter Iustinus Adamo, archiepi-
scopus Caesarien., Pontificio solio adstans, Torito
in oppido Vasten. dioecesis ortus d. XXI mens. Dec.
M DCCC XXX, episcopus creatus an. M DCCC XCVIII.

Varia.

Die vi mens. Decembbris sacram Consistorium
in aedibus Vaticanis habetur, in quo a SS. D. N.
Pio PP. X episcopi XXIV eliguntur, LXVII
autem iam per Breve electi confirmantur.



ANNALES.

Gallica facinora.

Tristia, ut norunt iam omnes, apud
Gallos exaudimus in dies contra libertatem
gesta compleri. Pontificii enim legati, qui
Lutetiae manserat, adiutor ad legationis
archiva custodienda, manu militari est
pulsus in Italiam: simul archiva sunt vi
lustrata et subtracta. Indignum sane fa-
cinus, quod exultas inter gentes fieri vix
possibile creditur. Deinceps tempa omnia
atque sacella, legis vi, in Reipublicae vel
Municipum dominium translata sunt, quia,
ut Romanus Pontifex iusserat, nulla *culti-
tualis* ut aiunt, sodalitas est contra ius
canonicum constituta, quae ea exciperet.
Mox, quia vetitum est quoque ne ad ma-
gistratum arbitrium, ut gubernatores Gal-
liae voluere, presbyterorum praeviis nun-
ciis, sacra missarum aliave celebrarentur,
publica iam loca profanantur dum ipsa
aguntur divina misteria, et clerici semi-
narii et episcopi aedibus suis privatuntur.
Haec inter Briand, cultuum administer, no-
vam fingit legem, quae templorum cultum ad
suam mentem instaret, hancque legati popu-
lares probant. Inutilis tamen nisus, quia nec
nova quoque lege Ecclesiae Catholicae ordo tur-
babitur, neque libertas acceptis vulneribus ullo
modo reficietur.



Mauritana sedatio.

De Mauritanis rebus aliquid pariter auspi-
cari est incertissimum. Er-Raisuli enim, latro
ille ac pyrata, Tangeri prope urbem cum copiis
iam adsidet atque in regium exercitum extollit
in dies altiores minas. Regii magistratus contra
satis sibi esse virium obtestantur ad eum repel-
lendum; verumtamen trahuntur dies, nec per-
turbata regio videtur facile ad pacem redditura.
Interea Gallorum Iberorumque classes litora
lustrant, militesque parantur qui in ipsa oppor-
tuno tempore descendant, quamquam utriusque



Ephebi canentes, quos Lucas Della Robbia effinxit.

(Ex tabulis Vox Urbis commentarii Kalendarium exornantibus).

Purpuratorum senatum adlegerit; Guido Sommi-Pi-
cenardi Comes, Prior magnus Hierosolymitani mili-
taris Ordinis Melitensis pro Langobardorum Vene-
torumque regione; r. p. Pius a S. Iosepho, «Definitor»
generalis Carmelitarum excalceatorum, Visitator
apostolicus. Ordinis Minimorum, coram adducens r. p. P.
Aloisium Vincentium Rossi, ipsi Ordini nuper praefectum
eiusque Consilium; Ioannes Cavalcanti de
Albuquerque, Comes, nova eaque pretiosissima dona
a Brasilensi populo missa Pontifici offerens; exercitus
vir Philippus Orsini, Princeps urbanus, Pontificio
solio adstans; r. p. Leo Maria Creninfels O. S. B. ad
Marienberg Abbas.

Ponticiae electiones.

R. p. Hugo Glasser ex Ord. S. Benedicti rector
Urbani Graecorum collegii creatur.

— Ritus v. Achilles Locatelli, Apostolicae Sedis
rerum gestor in Batavia, archiepiscopus Thessalonicien.
eligitur atque «internuntius Apostolicus» mit-
titur in Argentinam civitatem; legationis autem a
secretis dicitur r. v. David Quattrochi.

— Petrus De Maria, rector collegii Bohemorum in
Urbe, episcopus Catacen., et r. p. Rinaldus a S. Iusto,

gentis imperatoribus iussum videtur ne ad arma concurrant. Id enim impedit aliarum gentium aemulationes, quae abhinc paucos menses Algeriano in coetu convenere. Quare earum legati, qui ad Mauritanum regem manent, iterum iterumque coivere, ut sine belli strepitu pacem redintegrare conarentur. Quod libenti animo iuxta vota evasurum confidimus.



Russicae res.

Russicae res consuetas inter seditiones trahuntur, novaeque in dies audiuntur magistratum caedes sicariorum manu patratae, ut Caucasiae regionis praesidis, qui hisce diebus fero erimine est interfactus. Coacta interdum « Unionis », quae vocant, comitia, suam iterum fiduciam ac spem in magistratum operam et prudenter contulere, ac publice declararunt.



Regalia itinera.

Regalia itinera postremo hoc mense etiam habuimus, eaque maximi sane ponderis. Primum enim Danorum rex Christianus, licet postquam medio iam saeculo Schleswig atque Holstein regiones in Borussorum dominium translata sunt nemo ex sua gente Berolinum adiisset, Vilhelnum Caesarem ad urbem Germanici imperii caput convenit, summa humanitate exceptus. Iamque Danorum spes, qui Germanico imperio subiecti sunt, hisce ex colloquiis ampliorem sibi libertatem futuram confidit. — Deinde Graecorum rex Georgius, eius filius, in Italiam quum venisset, Romam usque descendit et hinc amicitiam instauravit, quam venerandae antiquitatis tanta tamque diurna memoria servavit et auxit; inde, Pontificem visitans, catholicorum tutelam in regno suo non defuturam ostendit.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

In Americana nordica republica Rooseveltius Praeses duas ad legatos populi litteras misit, alteram de Panamensi fretu reseando, alteram de Iaponiis pueris in S. Francisci urbis scholas adscribendis.

In Anglia vehemens atque acerrima discordia inter utrumque coetum — nobilium scilicet atque popularium legatorum — erupit de nova lege roganda, quae ad puerorum spectat institutionem. Hanc protuentur populares legati; senatores vero et optimates immutare eam in multis contenderunt. Concordia nulla hucusque facta est; quamobrem hinc inde reiecta rogatio inutilis adhuc manet.

In Austria lex de suffragiis ad publicos legatos eligendos magis magisque dilatandis est tandem approbata.

In Belgica de Congolianis colonia multa sunt acerrime apud municipes disceptata. Petentibus enim popularibus legatis, de eius colonia Belgico regno addenda iam consilia agitantur. Quamobrem et pecuniarum rationes et militarium rerum audire legati expetunt, ut de decernere certa ratione queant.

In Gallia nova rogatio de cultu publice exercendo a Briand administratore oblatu multa suffragia in Senatu etiam obtinuit.

In Germania maxima legatorum parte obstante ne in Africana meridionali colonia milites augerentur, imperiali decreto coetus dismissus atque nova comitia indicta.

In Graecia Theotokis, administrorum praefectus, orationem habuit insignem de Cretensi insula, de rebus Graecorum ad exteriores, ac praesertim de discordia cum Rumenis oborta; optima vero patriae suaे auspicia deduxit.

In Iberia de venia concedenda majestatis reis rogatio lata est. Algeirani coetus rogationes sunt quoque confirmatae.

In Italia rationes excepti et expensi in disseminationem adductae, unde ministri occasionem coeperunt mentem suam tum de internis tum de exteris negotiis aperiendi.

In Lusitania Algeirani coetus rogationes exceptae sunt omnium suffragiis; nonnulli autem legati, quum regi publice obtrectassent, aula pulsi sunt.

In Russica ad comitia pro novis legatis popularium eligendis Idus februarioe indictae.

In Serbia rogationi de pecunia aere alieno publice sumenda latis suffragiis populares annuerunt.

PER ORBEM.

Die xxii mens. Novembris M DCCC VI apud Tolonam in navalibus vehemens incendium ferreorum et ligneorum fabricam destruit.

— d. xxii ad Cherburg, densae nebulae causa, vectoriae naves *Orénoque* et *Wilhelm der Grosse* altera in alteram occurruunt, hinc inde viatorum laerimabi eaede.

— d. xxiv Georgius, Graecorum rex, Romam advenit.

Ex urbe Ottawa nunciatur Bernier, Canadensis expeditionis dux ad areton, sui gubernii nomine quatuordecim insulis, Melville scilicet, Princeps Patrik, Elginton, Emerande, Byam, Martin, Bathurst, Cornwails, Griffith, Lowther, Yong, Garret, David, Below esse potitus.

— d. xxvii Tolonensi in portu *Algéciras*, navis ad tirones instituendos adhibita, torpedinum incendio quatitur. Nautae tres misere vitam amittunt.

— d. xxix in Westfalia, fabrica ignitae pulveris, cui « roburites » nomen, Dortmund urbi proxima, immenso fragore exsilit, lata circum tum rerum tum hominum iactura.

Stoccolma ex urbe referunt praemia clarissimis orbis terrarum viris a Nobel in singulos annos constituta, hoc anno M DCCC VI addicta fuisse Iosue Carducci Italo pro litteris; Golgi pariter Italo et Ramon y Cajal Hispano doctribus pro medica arte; Henrico Moissan Gallo pro chymice, Thomson Anglo doctori pro physice, Rooseveltio, Civitatum foederatarum Americae septentrionalis praesidi, pro pace (1).

— d. xxx Domville, in civitate Virginia norde Americae, curruum series vapore aeta e limitibus exit. Vulnerati inde atque mortui viatores plures, inter quos Samuel Spencer. Magis autem dolendum, nonnullos e curruum

custodibus potius quam auxilium ferrent, in miseros ferociissime saevisse, omnibus rebus pretiosis eos expoliantes.

— d. iii mens. Decembris, septuaginta quatuor annos natus, Carlsruhe moritur Carolus e Badensi familia princeps.

— d. vi Genuae operariorum desertio indicitur marinis operibus in Italia vacantium, quae multos per dies producit.

— d. ix Lutetiae Parisiorum supremum diem obit Ferdinandus Brunetière, litterarum et criticae artis magister apud Gallos, Tolonae natus an. M DCCC XLIX. — Senectute autem confectus Craecoviae, Julianus Klaczko, Polonorum historicus civilisque vir.

— d. x Iuliae Caesareae in Algeria agitata deponit vitam Behanzin, Dohomey rex suo tempore notissimus.

— d. xv atrae procellae in australi Italia furunt.

— d. xix Massiliae officina ad *alcool* clam stillandum improviso incendit, aedes in ruinam trahens atque plures homines sepeliens, quorum unus mortuus, duodecim graviter vulnerati reperiuntur.

(1) De huiusmodi praemio recte addicto, ita ad nos scripsit MONTELUCCIO:

Roosevelt, praeses ille optimus Reipublicae Americanae, praemium, a Nobel pro Pace conditum, modo adeptus est. Inter competitores numerabantur Moneta, Pratt, Barclay, Witte; nullus tamen dignior tali mercede. Nam Roosevelt, vir egregius, singulari fortitudine praeditus, patriam quidem vehementer diligit, maiorem tamen sese Iustitiae amicum praebuit, quando pactionis ad Portsmouth inter Russos et Iaponios auctor fuit. Neque id mirum: fortes enim pacem optant, ignavi sapientissime ceteros ad bellum incitare; militari virtute nomen sibi fecit Roosevelt; nunc civicam laurum adipiscitur, civis eximius pace belloque.

AENIGMATA

A I. BATTANI PROPOSITA.

I.

Bellua magnanima est *primum*, bene oletque *secundum*; *Summa* vocat Sanetum nominis egregii.

II.

Lector, amabo, quid illud, habens quod nemo quit ulli Praestare, at potis est qui minime illud habet?

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra menses duos, unus, sortitus, gratis accipiet ipsius IOANNIS BATTANII opus, cui titulus:

ANTHOLOGIA PARVA GRAECO-LATINA (VII).

Aenigmata an. IX, n. X proposita his respondent:

Ara, Ira, Ora, Hara, Hera, Hora.

Ea rite soluta miserunt:

Senior Astensis. — Petrus Tergestinus. — Mercky can., Beltemagny. — Guil. Schenz, *Hatsbona*. — Rich. Müller, *Berolino*. — Lad. Lad. Podobinski, *Bochnia*. — Cam. Strachill O. F. M., *Vilaco*. — Rich. Lefebre, *Parisiis*. — I. A. C. Oudemans, *Traiecto ad Rhenum*. — Georg. Németh, *Váradás*. — H. Henr. Perez, *Roma*. — I. Ortiz, *Moretia*. — Ant. Tafani, *Florentia*. — I. Walter, *Neo-Eboraco*. — Arn. Rudzianski, *Tiflissio Cartalinorum*. — Alex. P. Gest, *Trentino*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — E. Armori, *Mediolano*. — V. Starace, *Neapolit.* — Fr. Bonaventura, *Aterno*. — Rich. Brondel, *Brugis*. — Am. Robert, *Marierville*. — W. Piette, *Marnesse in Belgica*. — F. Guerra, *Aletio*. — I. Rambaldi, *Geneva*.

Sortitus est praemium:

SENIOR ASTENSIS,
ad quem missum est I. B. PESANTI opus, cuius titulus:

PUERILIA

sive CARMINA GRAECA, LATINA, ITALA.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Pacis*, Phil. Cuggiani.

ZEN.

URB.
ZEN.

ZEN.

LONG.

LONG.

ZEN.

LONG.

ZEN.

URB. (4) I
L

ZEN.

URB. (6) A
U

I
C

F

C

Ce

D

Sp

H

Ex

(1) *Mili-*

(2) *Exit-*

(3) *Exit-*

(4) *Prod-*

(5) *Exit-*

(6) *Anas-*

auxilium ferrent, in
se, omnibus rebus pre-
ris, septuaginta qua-
he moritur Carolus e

iorum desertio indi-
in Italia vacantium,
ducitur.

rum supremum diem
re, litterarum et cri-
Gallos, Tolonae natus
ante autem confectus
ko, Polonorum histo-

in Algeria agitata
ohomey rex suo tem-

e in australi Italia

cina ad alcool clam
ndit, aedes in rui-
homines sepeliens,
decim graviter vul-

addicto, ita ad nos scripsit
Reipublicae Americanae,
ditum, modo adeptus est.
Moneta, Pratt, Barclay,
mercede. Nam Roosevelt,
raeditus, patriam quidem
n sese Iustitiae amicum
rtsmouth inter Russos et
rum: fortes enim pacem
ad bellum incitant: mili-
elt; nunc civicam laurum
oque.

ATA
ROPOSITA.

pene oletque secundum;
minis egregii.

ns quod nemo quit ulli
minime illud habet?

aenigmatis inter-
arii moderatorem
os, unus, sortitus,
ANNIS BATTANII

ECO-LATINA (VII).

ta his respondent:
Hera, Hora.

stinus. — Mercky can.,
sona. — Rich. Müller,
Bochta. — Cam. Stra-
febre, Parisitis. — I. A.
— Georg. Németh, Va-
I. Ortiz, Moretta. — Ant.
Eboraco. — Arn. Rud.
Alex. P. Gest, Trento-
Arnor, Mediolano. —
atura, Aterno. — Rich.
arieville. — W. Piette,
Aletio. — I. Rambaldi,

s,
ous, cui titulus:

ATINA, ITALA.

AMPI, iurisperitus.

Phil. Cuggiani.

ZENO — Tragoedia IOSEPHI SIMONIS Angli.

(12)

(Passim retractavit hodiernisque scenis aptavit I. F.)

ZEN. O fax Averni! O lingua tergemini canis!
Ad regna Ditis: auferat miles caput!... (1).
Sebastiane, sparge qui fando serant
Plebem per omnem perfidum Harmatii scelus.
Instabile nutat vulgus; in partes venit
Praeoccupantis. Fama plebeios agit.
Tu pondus auri, regio eductum lare,
Fer, Urbiti; mox castra praecipi pete
Cursu citatus. Arte, qua fandi vales,
Mulce cohortes; aggerra ducis nefas
Atrox, cruentum, horribile, Tartareum nefas.
Dic servet ore miles et sinu fidem
Meque unum adoret. Fulva nummorum seges
Fidem sequetur. Perge.

URB.

Corripio viam (2).

ZEN. Frater, beamur. Sceptra fraenabis comes,
Haeresque fratris; unus incepitis moram
Pelagius addit.

LONG.

Iste me poscit labor.

Stat certa fraudis praeda. Sistamus reum
Abominandi sceleris; abiecto Iovem
Coluisse Christo, testis haud unus feret.

ZEN.

Potesne tantum fraude subtili nefas
Afflare?

LONG.

Possum.

ZEN.

Ignotus?

LONG.

Aeternum latens.

ZEN. O si...

LONG. Per astra iuro!

ZEN.

Si steterit fides,

Actum est. Rebelli, testor, executiam caput.
Invidia iustum nulla damnabit necem.
Meditata perage cautus.

LONG.

Abrumpo moras (3).

SCENA II.

ZENO, URBITIUS, ANASTASIUS.

URB. (4) In castra propero, Caesar, et rutili fero
Ingens metalli pondus.

ZEN. Fer praecipit iter;
Equi fatiga latera: praecipitat dies (5).

URB. (6) Anaste, quantus vota fortunae favor
Undique secundat? Castra nummatus peto
Iubente rege...

ANAST. Sortis o faustae vicem!

I, perge felix, militem insano prius
Comple furore. Dic per Augusti dolos
Fratrique furias, grande Mavortis iubar,
Columnen ruentis imperii, Harmatium, truci
Cecidisse letho. Surget extemplo dolor;
Dolor furem gignet; ultrices furor
Spirabit iras. Quanta tempestas mali
Hinc per phalanges ibit? In fratrum necem
Exaestuabit agmen, et sceleri pares

(1) Milites Harmatium rapiunt ad supplicium adducturi.

(2) Exit.

(3) Exit.

(4) Prodit in armis.

(5) Exit.

(6) Anastasio prodeunti.

Poenas reposcat. Infer ulterius pedem,
Calente flamma; sparge foecunda stipem
Dextra, explicatas aera per turmas volent,
A me remissum munus. Hinc stabit fides.
Adamante septas munera catervas domant.
Me victus auro miles imperii caput
Et destinatum proditi ultorem ducis
Agnoscet ultro; sequere felicem impetum,
Festosque socia voce clamores age.
Maturus adero.

URB.

Promptus audita exequar.

Regno propinquas, rupta Zenoni licet
Ilia fatiscant.

ANAST.

Perge, Pelagium moror,
Quem proximus sub fata deducet dolus (1).

SCENA III.

ANASTASIUS solus.

Quis influentis dona Fortunae abnuat?
Alios hiantes linquit, et celeres agit
Fugitiva pennas. Martis hic ludo effero
Sortem lacessit; ille iactatus freto,
Aliquis rubentes inter imperii duces
Caecam fatigat precibus aeternis Deam.
Corrugat illa frontis iratae minas,
Calcat clientes. Orbe me summo tamen
Levat, superque regna ventorum vehit.
Iam frontis aurea flamma radiorum vibrat
Hinc inde lucem; trabea iam cocco rubet
Iam verrit aulam syrma; iam fultus throno
Do iura populis. Quid tamen casum probo?
Te, mens, adoro; tu mihi numen Iove
Tonante maius. Stultus est, alium vago
In orbe quisquis quaerit ac metuit Deum:
Sua cuique mens est Numen. Haec sortis rotam,
Haec fata vitae condit, ac rerum vices.
Abiecta miserum, celsa felicem creat
Mens; cui biformis ala dum pennas quatit,
Impune nimbos tranat, ac puro super
Libratur asce pendula. O vive aetheris
Scintilla pulchra! Perge, me vulgo erutum
Secerne terris, infer astrorum domo
Sidus coruscum. Sidus? O! dixi parum:
Sol alta solus fraena terrarum regam! (2).

SCENA IV.

URBITIUS, deinde CASTOR et MILITES.

Huc usque molli vecta remigio movet
Fortuna pennas. Restat ingenti dolo
Vincere phalanges. Moenia excubis tenet
Portasque miles: fama truculentae necis
Nondum vacantes potuit ad turmas vehi.
Stat usque noti decoris egregium mihi
Nomen fidesque. Si tamen caedis ferar
Minister, Orcum, maria, tellurem, polos
Ternosque grandi voce iurabo Ioves,
Haud esse verum: Testis evincet nefas.
(Ad proximum numerum).

(1) Urbitius exit.

(2) Exit. — Scena mutatur: Castra.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCVII.

Premium annuae subnotationis est in Italia Libell. 4,80;
ubique extra Italiam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Seh. 5; March. 5;
Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARII "VOX URBIS", POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA:

Ex subnotatoribus quisque KALENDARIO a *Vox Urbis*
expresse edito fruetur.

Qui socios novos comparaverit duos premiumque eorum
subnotationis mi-
serit, subnotationem gratis omnino sibi habebit.

Qui triginta socios novos comparaverit ante Iulium
mensem - bi-
bliopolis exceptis - dimidiatum premium itineris habebit a quovis Europae
loco ubi vivat Romam usque, atque inde in domum suam, secunda, prouti
vocant, ferriveharum classi usus.

Qui sexaginta socios novos comparaverit uti supra,
eodem iti-
nere gratis omnino fruetur.

Kalendis Ianuariis MDCCCCVII "cumulativa", subnotatio instituta est
inter comm. *Vox Urbis* et Romanum diarium *Corriere d'Italia*.
Ven. in Italia lib. 18; apud exteras gentes lib. 34,50.